Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

dentes castra metati sunt i machmas adoriente bethaben. Quod cum vidissent viri israel se in arctos timuerunt. afflictus enim populus et abscondebant se i speluncis et in abditis. in petris quoque et in antris et in cisternis. Hebrei autem transierunt iordanem terram gad et galaad. Cumque adhuc esset saul in galgala timidus populus pterrit est qui sequebatur eum. et expectabat iuxta placitum samuele. et non venit samuel. dilapsusque est populus a saule. Et ait ad eos saul. Afferte mihi holocaustum et pacifica et obtulit holocaustum. Cumque completisset saul offerens sacrificium. Ecce samuel veniebat. et egressus est saul obviam ei. ut salutaret eum. Ioannisque est ad eum samuel. Quid fecisti. Respondit saul. Quia vidi quod dilabebatur populus a me et tu non venisti iuxta placitos dies. porro philistiim congregati fuerant i machmas dicentes. nunc descendet ad me i galgala. et faciem domini placare nec coactus compulsus obtuli holocaustum. Dixitque samuel ad saul. stulte egisti. nec custodisti mandata domini dei tui quae praecepit tibi. Si enim hoc non fecisses tamen nunc comparasset dominus regnum tuum super israhel i sempiternum. sed nequaquam regnum tuum consurget. Quesivit enim dominus virum iuxta cor suum et praecepit ei ut esset dux super populum suum. eo quod non servaveris quae praecepit dominus tibi. Surrexit autem samuel et descendit de galgalis i gabaa beniamin.

et recensuit saul populum qui inventus fuerat cum eo quasi sexcentos viros et saul et filius eius ionathas et populus qui inventus fuerat cum eis erant i gabaa beniamin. porro philistiim conscenderant in machmas. et egressi sunt ad pugnandum de castris philistiim tres cunei. unus egrebat contra viam effra ad terram saul. porro alius gradiebatur viam bethoron. tertius vero vertebat se ad viam finium imminentium vallis seboim contra desertum. porro faber ferrarius non inveniebatur i omni terra israel. Caverant enim philistei ne forte facerent hebrei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis israel ad philistiim ut exacuerit unusquisque vomerem suum et ligonem et securim et sarculum. Rectisque erant acies vomeris et ligonum et tridentium et securium usque ad stimulum congendii. Cumque venisset dies prelii non erat inventus clipeus et lancea in manu omnis populi qui erat cum saul. excepto saul et ionatha filio eius. Egressa est autem statio philistiim ut transcenderet in machmas. Et

Et accidit quadam die ut dixerit ionathas filius saul ad adolescentem armigerum suum. Veni transeamus ad stationem philistiim quae est ad locum illum. Patri autem suo hoc ipsum non indicabat. porro saul morabatur i extrema parte gabaa sub malo granato quae erat i magron. erant autem cum eo qui sex centum viri. et achias filius achitob fratris ichabod fi